



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Extrema vinctio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- celebrata interesse, & in fine ipse debet absolueret. *Cærem. ibid. cap. 36.*
- 7 Canonico mortuo, sumptibus Capituli fiat funus; tum Missa Conventualis; & Missa priuata à singulis sacerdotibus illius Ecclesiæ Prouinc. 4.
 - 8 Parocho mortuo, successor quotannis anniuersarium celebret pro eo cum Missa Parochiali. Prou. 6.
 - 9 Infra Octauam defunctorum arbitrio Episcopi, die non impedito, Canonicus seu Dignitas Ecclesiæ Cathedralis celebrabit Missam pro animabus omnium Episcoporum, & Canonicorum Cathedralis defunctorum. *Cærem. Episcop. loco citat. capitul. 37.*
 - 10 Clerus faciat Missas pro iisdem. Prouinc. 3.
 - 11 In Collegiatis fiat idem pro Canonicis illius Ecclesiæ. *ibid.*
V. Exequia. n. 22. 23. 24. Parochorum munita. n. 46. 47.

Exorcista.

- 1 NE quis Exorcista fungatur officio sine licentia Episcopi. Prouinc. 1.
- 2 Neque duo simul exorcizentur. Prouinc. 4.
- 3 Mulieres ne tangatur ab Exorcista. *ibidem.*
- 4 Neque vilis quaestus, aut percunctatio ad diuinationem intercedat. Prouinc. 1.
- 5 In Ecclesia tantum exorcismi fiant, paucis presentibus, vno, saltem Ecclesiastico, neque ante ortum, neque post solis occasum. Prou. 4.
V. Anomalium cura spiritualis. nu. 30.

Extrema unctio.

- 1 EXTREMÆ vnctionis, & viatici, aliaque Sacramenta non possunt dare confessarij ijs, quorum audierint confessiones, licet ij dicant sibi ea denegari à Parocho. Leo X. A. 1518.
- 2 Nisi denegatio sit illegitima, & vicinorum testimonio probata, aut requisito coram Notario facta doceretur. *ibidem.*
- 3 Religiosi non possunt ministrare hoc

Sacramentum, nec etiam in necessitate; alias incidunt in Canonem. Cler. relig. de priuil. Syll. v. vnctio.

- 4 Licentiam dare potest proprius Sacerdos, etiam si sit excommunicatus, aut suspensus. Syll. *ibid. qu. 4.*
- 5 Ne pueris vsu rationis carentibus, neque mulieribus in partu, neque damnatis vltimo supplicio ministratur. Prou. 4. Senio confectis, non agrotis, dari potest. *ibid.*
- 6 Vnam cum viatico, si opus est, defertur oleum infirmorum. *ibid.*
- 7 In via Psalmi recitentur. *ibid.*
- 8 Sacculo sericeo violaceo de collo pendente feratur olei vas. *ibid.*
- 9 Si oleum aliud non sacrum adhibeatur, iteretur vnctio. Prou. 5.
- 10 Oleo veteri sacro poterit vti Parochus in casu necessitatis. Cong. Episc. 20. Maij 1590.
- 11 Singulis mensibus reddatur ratio Deputato ab Episcopo de defunctis, & Sacramentis ministratis. Prouinc. 4.
V. Cessatio à diuinis. nu. 5. Interdictum num. 38. 39. Olea Sacra. nu. 12. 13. Pests. nu. 8. Regularium iura circa Tertiarias. numero 3.

Familiaris Episcopi, vel Cardinalis.

- 1 FAMILIARIS, & commensalis idem, Trid. se. 23. cap. 9. continetur; inquit, commensalitates.
- 2 Familiares Episcopi, laici, sunt immunes à laica iurisdictione. Congreg. Episc. 7. Iunij 1595.
- 3 Cardinalis presbyter potest conferre primam tonsuram, & minores ordines suis familiaribus. DD. apud Barbof. de potestate. Episcop. allegat. 5. numero 19.
- 4 Episcopus titularis non potest ordinare suum familiarem. Trid. seff. 14. c. 2.
- 5 Potest Episcopus ordinare familiarem suum, si per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi conferat. Trid. seff. 23. cap. 9.
- 6 Habet hoc etiam locum in minoribus, & prima tonsura. Nauarr. cons. 11. de temp. ordinat. & decium refert Armandar. in addit. ad re. omfil. legum Nauarræ lib. 1. titul. 18. lib. 7. de Episc. numero 45.